



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Virtute Ac Sacramento Pœnitentiæ Decisiones

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindellicorum, 1730

Decisio XI. Argumentum. Agitur de præcepto Virtutis Pœnitentiæ; & disputatur: Quando vi hujus præcepti teneatur, qui peccavit pœnitere? An tantùm in articulo, vel periculo mortis? An verò statim post ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94661)

quibus delectando maxime peccavi. Calices quoque aliquos, si poteris, pro Sacrificio Dei non negligas offerre, quia certissime proficiunt animæ ad salutem. Ecce virtus Eleemosynæ in remittendis peccatis pro peccatis.

In aureo illo libello *Lume à viri dall'esempio de Morti*. Habetur, Ven. Moniali Francisca à Sanctissimo Sacramento in frequentibus illis apparitionibus, animas Purgatorii solitas fuisse petere inter cetera suffragia subsidium Eleemosynarum in pauperes; & iure quidem: nam *Ignem ardentem extinguit aqua*, & Eleemosyna reficit peccatis. *Ecc. 3. 33.* Quare unusquisque satagat propria debita, quæ pro peccatis tenetur Divinae Iustitiæ, subveniendi pauperibus, & in piis usibus expendendo pecunias, extinguere; & faciat id, quod susceperat Daniel Nabuchodonosori Regi: *Peccata tua Eleemosynis redime; & iniquitates tuas misericordias pauperum.* *Dan. cap. 4. Vers. 24.*

Concludat hanc exhortationem relatio de Sancta Ida Virgine Hybernenfi, quæ vixit in sexto sæculo, & quam ponit Hieronymus à Basilica Petri in suis *Ephemerid.* Sacris die 15. *Januarii.* 25 num. 10. pag. 369. his verbis: Essendo morto un «Zio d'Ida, che haveva lasciati otto figliuoli, ha-
«vendoli mandati à chiamare la Santa, disse loro:
«piangiamo il vostro Padre, e mio Zio morto, sì
«perche non lo vedremo più in questo paese, co-
«me anco perche si trova in gravissime, & atro-
«cissime pene per soddisfare alla Giustizia divina,
«e purgare l'anima da peccati commessi; e pro-
«curiamo d'ajutarlo ad uscire da quelle. Io hò
«desiderato parlarvi; attencioche se farete quel
«che vi dirò, spero, che presto lo caveremo
«dalle fiamme purganti. Promettendo essi di
«fare qualunque cosa loro haveffe comandato;
«disse ella: Ciascun di Voi dia per quest'anno
«ogni giorno in limosina pane, vino, carne, e
«calcio; e poi ritornate da me che vi saprò dire,
«se sarà di bisogno seguitare ancora. Passato il
«primo anno, essendo eglino ritornati, disse loro
«la Santa: Vostro Padre con le vostre limosine,
«con le mie orationi, e con i suoi proprii pati-
«menti, hà soddisfatto in buona parte i debiti, che
«teneva à Dio; però stà ancora nelle pene, ond'
«è bene, che seguitate per questo secondo anno
«à fare le opere di Misericordia, e di Religione,
«e poi venite, che saprò dire come starà. Tan-
«to havendo quei giovani fatto, ritornarono la se-
«conda volta ad Ida, la quale così disse: Vi dò
«buone novelle, però non ottime, nè per intiero
«buone; Vostro Padre, e mio Zio, stà fuori delle
«pene; ma perche in vita sua non diede un ve-
«stito ad un povero, però si trova nudo, e non
«può comparire alla presenza di Dio; sicchè fare
«così, in questo terzo anno vestite Voi per lui dei
«poveri; supplite al mancamento di carità da lui
«commesso, ei poi ritornate à me. Finalmente
«disse à suoi Nepoti: la Misericordia di Dio, le
«vostre limosine, e le mie Orationi hanno aper-
«to le porte del Paradiso, & intromesso nella glo-
«ria vostro Padre. Sicchè figli dilettissimi im-
«parate quel che dovete fare in questa vita, per
«non havere à patite nell'altra; e non haver bi-
«sogno dell'ajuto altrui, del quale non possia-
«mo assicurarvi, che siano per darcelo, ancorche
«lo ordiniamo ad altri. Hæc omnia agebat S. Ida
Doct. Clericali Tom. I. Libr. IV.

DECISIO XI.

ARGUMENTUM.

Agitur de præcepto Virtutis Poenitentia; & disputatur: Quando vi hujus præcepti teneatur, qui peccavit, poenitere? An tantum in articulo, vel periculo mortis? An verò statim post commissum peccatum? Vel quanto tempore post? An quando, cunque peccata menti occurrunt, sive nondum dimissa, sive etiam jam expiata? Speculativæ opiniones practicis exemplis comprobantur.

SUMMARIUM.

- 1 Poenitentia virtutis Præceptum quo tempore obliget?
- 2 Mortis in articulo quilibet de præcepto teneatur poenitere.
- 3 Poenitendum, an statim post commissum peccatum?
- 4 Poenitentia quanto tempore differenda?
- 5 Recordatio culparum an obliget statim de eis poenitere?
- 6 Quid de culpis aliis confessis, & dimissis?
- 7 S. Petrus Apostolus iugiter dolebat de sua negatione Christi.
- 8 Exemplum suggestionis diabolice in articulo mortis.

A Necquam transcamus de Poenitentia tantquam Virtute ad Poenitentiam, quæ est Sacramentum, breviter est examinanda celebris illa Quæstio, circa quam torquentur ingenia Scholasticorum, ac Moralistarum; videlicet: Quando necessitas Poenitentia urgeat, & præceptum contritionis obliget: aut clarius, quod tamen idem est, Pro quo tempore obliget Præceptum Poenitentia Virtutis? quam quidem quæstionem examinant Moralistæ, quos allegat Diana *part. 5. tract. 13. resol. 33.* & fr. *part. 11. tract. 8. resol. 51.* Quæ repositæ sunt in ejus Coordinato Opere tom. 1. tract. 3. *resol. 85. & 86.* & alii plures Neoterici ex Carmelitæ, enunciati per Collegium Salmanticense tom. 11. *De Sacramentis tract. 6. cap. 1. num. 46.* Ex Scholasticis autem inter modernos Eminentiſſ. Cardin. de Lugo de Poenitentia *disput. 7. sect. 11.* Eminentiſſ. Cardin. de Lauræ eod. tractatu *disput. 14. art. 7.* doctissimas Mastius in 4. *sent. disp. 5. a num. 201. & seqq.* Et in sua Theologia Morali *disp. 21. a num. 62. & seqq.* præter antiquos Theologos, ac Summistas à prædictis auctoribus citatos.

Cæterum pro intelligentia quæstionis advertunt omnes, eam proponi non de Sacramento Poenitentia, circa quod Ecclesia determinavit, eam obligare

semel in anno; neque hanc quæstionem examinare respectu extraneorum accidentium; sed de obligatione per se, & ab intrinseco, ratione virtutis Pœnitentiæ; certum est enim per accidens, & respectu alterius obligare aliquando, ut si quis conficius peccati mortalis debeat suscipere aliquod Sacramentum de his, quæ appellantur vi-vorum; vel ex officio teneatur Sacramenta administrare; tunc enim si deficiat Confessarius, tenetur pœnitere, & actum contritionis elicere, ob virtutem Religionis, quæ verat suscipere, vel ministrare Sacramenta in mortali. Itaque Quæstio præsens est, quando, & quo tempore Virtus pœnitentiæ, (quæ consistit in perfecta contritione cordis, ut probatum est supra Decis. I.) obliget peccatorem ad dolendum de peccato, dolore quidem perfecto, qui dicitur Contritio, & quidem ex intrinseca obligatione, & ex præcepto Virtutis Pœnitentiæ? Circa quam veniunt discutiendi sequentes articuli.

Primo: An hoc præceptum Pœnitentiæ obliget in articulo mortis? vel morali ejusdem mortis periculo?

Secundo: An etiam in vita statim post commissam culpam?

Tertio: Si non statim; quanto tempore post culpam commissam?

Quarto: An quodocunque peccata commissæ, & nondum dimissa menti occurrunt, & de eis contingit cogitare?

Quinto: An etiam quodocunque veniunt in mentem peccata aliis commissæ, sed dimissa?

Quo ad Primum. Procedendum est cum distinctione. Vel non reperitur Confessarius, cui confiteri possit peccata sua ille, qui est in articulo, vel in periculo mortis; Et in hoc casu omnes scribentes concorditer tenent obligatum esse adimplere præceptum Pœnitentiæ, elicendo scilicet actum doloris, & veræ Contritionis pro omnibus suis peccatis. Ratio est manifesta, quia si tunc non fiat Pœnitentia, non superest aliud tempus, quo fiat, non enim datur locus pœnitentiæ salutari in alia vita. Ita Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 14. num. 139. & seqq. & Maffius d. disp. 5. num. 201. Aut adest Confessarius, qui ejus Confessionem audiat, & absolvat; & in hoc casu discordes sunt Doctores; alii etenim volunt, adhuc expleta Confessione, & recepta absolutione teneri elicere actum Contritionis, & dolere iterum de peccatis; ex lege charitatis Dei, cui in illo articulo homo curare debet se conjungere per actum dilectionis Divinæ, quæ requirit perfectam Contritionem offensarum præteritarum; & ex qua magis providet homo salutem æternæ sui ipsius; ut latius Suarez in 3. part. D. Thomæ tom. 4. disp. 15. sect. 4. à num. 17. & seqq. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 8. punct. 4. Sanchez tom. 1. in Decalog. lib. 1. cap. 1. num. 34. & alii apud Collegium Salmanticen. d. tom. 11. de Sacramentis tract. 6. cap. 1. num. 35. Contrarium tamen magis probabiliter docent Moraliste, quos citat, & sequitur Eminentiss. Cardin. de Lugo de Pœnitentia disp. 7. n. 263. & idem Collegium Salmanticen. d. cap. 1. n. 39. Plurimi apud Dianam Coordinatum cit. tom. 1. tract. 3. resol. 85. n. 7. ubi reddit hanc rationem; quia tota obligatio præcepti Contritionis oritur ex necessitate justificationis; ergo cessat, cum jam peccator sit justificatus per Confessionem Sacramentalem in eodem articulo, vel periculo mortis factam,

etiam cum sola attritione, quia virtute Sacramenti ex attrito factus est contritus, & in eadem confessione virtualiter intelligitur actus dilectionis Dei.

Quo ad secundum articulum. An peccator extra periculum, vel articulum mortis teneatur statim post commissam culpam pœnitere? Non pauci DD. affirmant ob sequentes rationes. 1. Quia sicut non licet committere peccatum, ita non est licitum manere in illo. 2. Quia sicut statim corpori ægrotanti quæritur remedium, ita & animæ. 3. Quia sicut proximo erranti tenemur per correctionem fraternam subvenire sine dilatione, ita & nobis ipsis. 4. Quia, qui offendit proximum, debet eidem statim satisfacere. Ergo eo magis Deo. 5. Quia nolle statim converti, denotat velle perseverare in peccato, quod est intrinsece malum; & 6. Quia id habetur in Sacra Scriptura, & præcipue Eccl. 5. 8. *Non tardes converti ad Dominum, & non differas de die in diem.* Et Apostolus ad Rom. 2. 5. *Tu autem secundum duritiam tuam, & impenitentem cor-mum thesaurizas tibi iram in die iræ.* His tamen non obstantibus contraria opinio communis est tam Scholasticorum, quam Moralistarum; hi enim omnes tenent, nullam esse obligationem pœnitendi statim post commissam culpam; & duæ sunt præcipuæ rationes; Una, quod nullibi reperitur in Scriptura Sacra, injunctum esse peccantibus, absque mora, & immediate à peccato surgere. Altera, quod si talis esset obligatio, sequeretur, quod peccatores quolibet momento peccarent novo peccato impœnitentiæ, & tories deberent illud in Confessione explicare; quod non est in usu Ecclesiæ, nec unquam ab aliquo Concilio id fuit traditum. Ita Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 14. de Pœnitentia à num. 146. & seqq. Maffius d. disp. 5. num. 202. Gobat tract. 6. num. 131. Exper. Theol. & Collegium Salmanticen. plurimos ex Neotericis allegans d. tom. 11. tract. 6. cap. 1. num. 46. Concedari possunt hæc opiniones, ut secunda vera sit de rigore præcepti (quod utique non extat) statim, & nulla interposita mora resurgendi à peccato; prima verò locum habeat de congruo, & ex consilio; semper enim hortandi, & monendi sunt peccatores, ne differant suam conversionem ex illis importantibus motivis, de quibus pie, ac docte disserit P. Paulus Segnerius in Christiano Instruct. part. 3. Sermon. 1. per totum. Ad rationes autem contrarias uno verbo responderetur, eas vim habere tempore, ac loco opportunis; non autem statim, & absque ulla dilatione, circa quam versabatur præsens articulus.

Quo ad Tertium. Cum non teneatur peccator ex præcepto statim pœnitentiam agere, si quærimus quanto tempore licitè possit illam differre? Diana in cit. part. 5. tract. 13. resol. 11. quæ in Coordinato est d. tom. 1. tract. 3. resol. 85. refert circa hanc dilationem quatuor opiniones. Unam Marfilii, Viguierii, & Petri Soto agentium, peccatorem teneri præcepto ipsius contritionis in diebus festis. Alteram Adriani, & aliorum asserentium obligari peccatores ad pœnitendum, quando magna aliqua calamitas imminet populo. Aliam Dominici Soto reducentis obligationem pœnitendi, quando est probabile periculum oblivionis peccatorum; & Aliam Suarezii, Coninchii, & Ochogaviæ concedentium dilationem, ita tamen, ut non expectetur tempus mortis. Ipse verò Diana cum aliis, quos cumulat Doctores, nullum tempus pœnitendi ex præcepto agnoscat ob virtutem Pœnitentiæ, nisi in articulo, vel periculo mortis. Hanc Dianæ, & Comi-

Comitum opinionem confutant plurimi relati à Collegio Salmanticensi. d. tract. 6. cap. 1. num. 52. & seqq. ubi num. 55. ait, alios DD. extendere hanc obligationem ad triennium, alios ad quadriennium, & alios usque ad quinque annos. Porro Eminentiſſi. Cardin. de Lugo de Poenitent. disp. 7. num. 249. & cum eo Maſtrius d. disp. 5. num. 206. innuere videntur, dilationem poenitentiae esse arbitrandam juxta circumſtantias, & qualitates peccatorum, prout fieri ſolet in aliis materiis ſejunij, ſurti, & dilationis votorum; itaut minus tempus concedendum ſit Religioſis, vel uxoris, quam Laicis, vel perſonis liberis; & ſic de aliis. Eminentiſſi. Cardin. de Laurza d. disp. 14. num. 151. & ſeqq. ſignificat, poſſe à peccatore differri poenitentiam usque ad tempus, in quo tenetur elicere actum dilectionis Dei ſuper omnia; nam Amor Dei ſuper omnia includit vel formaliter, vel virtualiter deſtinationem omnium peccatorum; quae deſtinatione cum dolore cordis eſt actus verae Poenitentiae. Haec omnes tantorum Magiſtrorum opinionem, ſas eſt, ut veneremur. Caterum, ut conſeramus aliquid in hac re, potius videtur affirmare, id quod innuit idem Maſtrius d. num. 206. in fine; & in quod inclinatur Sapientiſſimum Collegium Salmanticense, ubi proxime num. 55. videlicet, poſſe à peccatore differri obligationem poenitendi usque ad tempus ab Eccleſia praſcriptum pro annua Confeſſione; licet enim aliud ſit praecceptum poenitendi de peccatis commiſſis, quod eſt naturale Divinum; & aliud conſitendi peccata annuatim in Paſchate Reſurrectionis Domini, quod eſt quo ad hoc tempus Eccleſiaſticum, nihilominus ceſſante articulo, vel morali periculo mortis, aliove extraordinario gravi motivo, rationabiliter determinari poteſt dilatio ad poenitendum usque ad feſta Paſchalia; tunc enim ſi aſſit Confeſſarius, per actualem, ac Sacramentalem Confeſſionem delictorum peccator ſatisfacit utrique praeccepto, ſcilicet Divino, & Eccleſiaſtico; quod ſi non poſſit habere copiam Confeſſarii, teneatur de praeccepto per contritionem poenitere, & dolere de peccatis commiſſis; quod ſi non agat, peccet novo peccato contra praecceptum Poenitentiae; prout duplici peccato ſe noviter inquinaret, ſi aſſit Confeſſarius, & tamen omittat elicere actum contritionis; vel facere actualem, Sacramentalemque ſuorum peccatorum Confeſſionem.

Quo ad Quartum. Circa alium articulum: An ſit poenitendum, & actum contritionis eliciendum toties, quoties peccata commiſſa, nondumque dimiſſa menti occurrunt, & de eis contingit cogitare? Duplex eſt ſententia Theologorum. Prima negat; 1. Quia praecceptum poenitendi eſt affirmativum; ergo non obligat ſemper, & ad ſemper, quando eſt cogitatio de peccatis commiſſis. 2. Quia aliàs eſſet obligatio poenitendi ſtatim poſt commiſſum peccatum; quod ſupra reſutavimus. 3. Quia non minus obligat praecceptum diligendi Deum, quam praecceptum poenitendi. At non tenemur ſemper elicere actum dilectionis, quando recordamur de Deo. 4. Quia in peccaminosis cogitationibus ſatis eſt ſe divertere, abſque obligatione eas actualiter deſtandis. Et 5. Quia eſſet imponere nimium onus fidelibus; & praxis docet, nullum de hac omiſſione ſe accuſare. Altera ſententia affirmat; quia qui cogitat de peccato commiſſo vel delectatur, & ecce novum peccatum: vel deſtatur ipſum, & ecce actus poenitentiae; in moraliſis enim aut unum, aut

alterum rationis diſtamen docet, ut amplectatur. 2. Quia homo quoties cogitat de ſummo bono, tenetur illud amare. Ergo cogitans de peccato, tenetur ipſum odiſſe. 3. Quia nullum videtur tempus opportunius odiendi peccatum, quam dum venit in memoriam. 4. Quia naturale principium eſt, amare bonum, & habere diſplicitiam de malo; & tunc obligat, quando habetur cognitio, vel de uno, vel de altero: qui autem cogitat de peccato commiſſo habet cognitionem de illo, & ſic tenetur illud deſtari. Ita Eminentiſſi. Card. de Laurza. d. disp. 14. de Poenitentia art. 7. a num. 154. & ſeqq. dicens, hanc eſſe opinionem Scoti, quod affirmat etiam Maſtrius in 4. d. disp. 5. num. 207. & ſeqq. & in ſua Theologia Morali disp. 21. num. 67. & 68. idemque ſentunt plures ſcriptiſtae relati à Suarezio d. rom. 4. in 2. p. D. Thom. disp. 15. ſect. 4.

Ceterum Suarez hac opinione relicta, primam ſequitur; proos faciunt Emin. Card. de Lugo d. 2. disp. 7. num. 259. Diana Coordinatus d. reſol. 85. & 86. necnon Collegium Salmanticense d. rom. 11. tract. 6. cap. 1. num. 47. & Abelly in Medulla Theol. tom. 2. part. 2. tract. 1. cap. 5. ſect. 8. in fine. Conſonantur hae duae opiniones duplici reſponſione. Una, quod prima procedat de cogitatione peccati commiſſi incompleta, & indeliberata, quae ex ſubreptione inſurgit, vocaturque ſpeculativa; ſpectatque potius ad phantaſiam, quam ad voluntatem; Secunda vero opinio procedat in cogitatione completa, deliberata, & practica, in qua peccatur reſlectens ad commiſſum peccatum; videtur delectari de illo, quando non exhauriat à corde ſuo ſuſpiria, actum doloris, & deſtationis. Vel alio modo concordari poſſunt eadem opiniones diverſae; ut ſecunda loquatur, non de perfecta contritione, formali, & juſtificante; ſed tantummodo de aliqua deſtatione peccati, quamvis imperfecta, & non juſtificante, quae tamen ſatis ſit impedire novum conſenſum, & novam deſtationem in peccata jam commiſſa. Ita ex doctrina Emin. Card. de Laurza colligit Maſtrius d. num. 207.

Quo ad Quintum. An etiam de peccatis dimiſſis ſit obligatus, qui peccavit, dolere, poenitere, & contritiones quoties veniunt illi in mentem? Affirmant Scholaſtici relati ſupra pro ſecunda ſententia praecedentis articuli, negant vero omnes illi, qui ſtant pro prima opinione, ex iſdem rationibus pro utraque parte conſideratis. Porro dicendum venit, ſecundam ſententiam obligantem ad repetendum actum doloris, toties quoties peccata dimiſſa veniunt in mentem, eſſe intelligendam vel de conſilio tantum, vel quando imminet periculum novi conſenſus, ſeu deſtationis erga eadem peccata. Ita Layman lib. 5. tract. 6. cap. 2. num. 8. Et equidem bonum eſt conſilium peccata etiam dimiſſa plangere, prout conſtabatur Rex Ezechias in illis verbis: *Recoꝑitabo tibi omnes annos meos, in (id eſt cum) amaritudine anima mea. Iſa. 38. 15.* per actum ſcilicet Poenitentiae, & contritionis, ut declarant Scripturae. Exiſtatque exemplum mirificum Principis Apoſtolorum, de quo ex S. Clemente Papa ita ſcribit Rodriquez in Exercit. Perfect. part. 2. tract. 7. cap. 4. ad fin. videlicet: *San Clemente racconta del glorioſo Apoſtolo S. Pietro, che ricordandoſi di haver negato Chriſto, piangeva tanto, che le lagrime gli abbrucevano la faccia, e gli havevano fatto canali nelle guancie. E dice, che ogni notte*

al primo cantare del Gallo si levava à far oratione, e che non dormiva più in tutta la notte; e che per tutta la vita sua offeriva quest' usanza. Questo è quello, che noi altri habbiamo da imitare. Concordat, quod faciebat etiam Regius Psalter, dicens, Psalm. 50. 12. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra (idest Coram) me est semper: ubi rationem reddit S. Hieronymus. Quia si tu ponis illud ante te (scilicet dolendo) Deus illud non ponit ante se; iudicando, seu puniendo.

Ad effugiendum verò periculum iterum consentiendi peccatis, etsi dimissis, quando iterum veniunt in mente, optimum consilium est, statim de iisdem dolere, conteri, & poenitere; non enim difficile est diabolo suggestionibus suis potissimum in articulo mortis, impellere peccatorem, ut iterum consentiat, delectetur, & in aeternum damnetur. Tremendum est exemplum relatum à P. Joanne Dominico Ottonello Soc. Jesu de Christi Chastitate cap. 29. Exempl. id. Anno 1620. divitem quemdam Concubinarium gravi infirmitate oppressum, expulsa Concubina, Sacramentis omnibus Poenitentiae, Eucharistiae, ac Extremae Unctionis devotè receptis decessisse, certa Confessarii sui cum opinione, aeternam salutem esse consequutum. At cum Missam de Requiem ipse Confessarius pro anima illius defuncti inceperat, apparuit ei umbra horribilis, dicens, ne celebres pro me, damnatus sum; in puncto siquidem mortis, in mente habui carnalia peccata, quae cum mea Concubina commiseram; & de iisdem non solum dolere neglexi, sed etiam delectari, & in eadem delectatione immersus occubui, & in damnationem aeternam miserè inveni. Bene ait Philosophus, quod habitus transit in aliam naturam, & sicut ex operationibus secundum naturam sequitur delectatio, ita ex habitu eorumdem. Maurus in Comment. Arist. 2. Ethic. cap. 3. num. 1. Quare peccatores ex habitu satagant, frequenter dolere, & poenitere de peccatis, quamvis confessis, ac dimissis, juxta id, quod scriptum est Eccles. 5. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu.

DECISIO XII.

ARGUMENTUM.

Demonstratur existentia Sacramenti Poenitentiae, & à quibus haereticis, antiquis, ac modernis fuerit impugnata. Probat, hoc Sacramentum à Christo Domino esse institutum. Quid sit? diversis Theologorum definitionibus examinatis, declaratur.

SUMMARIUM.

- 1 Poenitentia Sacramentum à quibus Haereticis impugnetur?
- 2 Sacramentum Poenitentiae à Christo Domino esse institutum est de fide.
- 3 Ratio Sacramenti requiritur duos: & Quae?
- 4 Sacramenti Poenitentiae definitiones diversae.
- 5 Poenitentia Sacramentum complectitur quinque; & Quae?

Cum hucusque egerimus de Virtute Poenitentiae, de ejus quidditate, & de actibus, quibus exerceatur; tum ut sciremus, quomodo remitterentur peccata quo ad culpam ab origine mundi

usque ad legem gratiae; tum ut cognosceremus, quibus mediis dissolverentur reatus peccatorum; poenae scilicet debite ad satisfaciendum pro illis Divinae iustitiae; nunc de Sacramento Poenitentiae à Christo Domino instituto, opus est, ut agamus; quod vel in re, vel in voto est prorsus necessarium in Lege Evangelica, ad remissionem culpae obtinendam. Ideo in praesenti duo examinabimus.

Primo: An detur Sacramentum Poenitentiae, & à quo sit institutum?

Secundo: Quid sit Sacramentum Poenitentiae?

Quo ad primum. Nemo est ex Catholicis, qui neget existentiam Sacramenti Poenitentiae, à Christo Domino instituti: sed utrumque negarunt Haeretici tum antiqui, tum moderni. Ex antiquis reperiuntur Montanus, & ejus sequaces, qui vixerunt circa Annum Christi 173. hi enim opinati sunt, non dari Sacramentum Poenitentiae, adeo ut peccatoribus post receptum Baptisma nullum esset remedium, neque vis obtinendi remissionem peccatorum; ut referunt, ex S. Hieronymo Epistol. 54. & aliis veteribus Patribus Eminentiss. Card. Baronius d. Anno 173. num. 8. ibique ejus compilator Spondanus. Latè Salles de S. Inquisitione tom. 2. lib. 3. reg. 224. à num. 198. & seqq. & praecipue num. 222. nec non Eminentiss. Card. de Lauræa in 4. Sent. tom. 2. De Poenitentia, disp. 16. num. 1. ubi advertit, Novatum, & Novatianos Haereticos antiquos, non negasse omnino existentiam Sacramenti Poenitentiae; sed docuisse, lapsos à fide ob timorem tormentorum, non posse absolvi à peccato infidelitatis, neque amplius reconciliari. Ad modernos Haereticos sequaces Lutheri, & Calvini negare in totum Sacramentum Poenitentiae, collativum gratiae, & remissivum peccatorum, constans ex contritione, confessione, ac satisfactione; admittentes tantummodo nomen Poenitentiae; quamvis idem Novatores nihil aliud esse autumant, nisi fidem Baptismi deinde excitatam per compunctionem cordis; demonstrat, eos confutando, Emin. Card. Bellarminus lib. 1. de Poenitentia cap. 10.

Igitur de fide est, dari Sacramentum Poenitentiae à Christo Domino institutum pro remissione peccatorum, à fidelibus populis post receptum Baptisma commissorum, ut definitum est in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 1. in illis verbis: Quoniam autem Deus dives in misericordia cognovit signum nostrum; illis etiam vita remedium contulit, qui se se posita in peccati servitutem, & demonis potestatem tradidissent; Sacramentum videlicet Poenitentiae, quo lapsi post Baptismum beneficium mortis Christi applicatur. Et infra: Dominus autem Sacramentum Poenitentiae tunc praecipue instituit, cum à mortuis excitatus insufflavisset in Discipulos suos dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Joan. 20. Et subinde ipsummet Concilium Tridentinum ead. sess. 14. de Poenitent. Can. 1. sic sancivit: Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia, Poenitentiam non esse verè, & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsis Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum; Anathema sit. Idem fuit definitum in Concilio Constantiae Anno 1417. praesente Martino Papa Quinto, in quo damnatus fuit tanquam Haereticus Joannes Wicleff de Anglia; qui inter ceteros errores docebat; quod si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua, & inutilis. Et habetur in Bulla prima ejusdem